



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Læna.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

dedicatum. Et lugentium vestis maxime nigra erat, unde eas Varro Anthracinas vocat, quasi carbonarias velit dicere: *ἀνθρακίς* enim Græce, Latine carbones appellantur.

ÆRUMNOSUS. CAP. XXXI.

*Saccus seu
saccus, quid
Hebraus.*

Apud Hebræos luctus supremæque mœstitiæ indicium vestis erat faccus, & Saccium appellata, humilis illa quidem, abjectæ utilitatis, & informis, quæ quidem induta calamitatem, qua quis oppressus esset, indicabat, conscissa vero latitiam. Genesi, *ὁ Ἰακώβ σάκκιον ἐξαρτάσθη*, & *ἐν ἡμέρᾳ θανάτου ἐκείνου, Ἰακώβ σάκκον ἐξαρτάσθη*, Jacob autem saccium indutus, magnitudineq, mæroris humi oppressus affedit. Sunt qui cilicium interpretentur, Sed & Græci Sacci vocabulū usurpant. Itcumque, vestem huiusmodi induere consueverant, cum in arumnas, quæ omnem superarent consolationem, incidissent, qua deorum levati saccum discindebant. Unde Psalmo trigesimo quinto legas: *Ego autem cum mihi molissi esset induerem sacco, & macerabam jejunio animam meam.* Eodem autem significato color niger locrum, & quam Theologi nostri facti poenitentiam vocant, indicare plerisque locis manifestum. Nam atratus in luctu vestire, à rerum primordio ad hoc usque tempus unanimi omnium consensu factum. Tum illud Levitico celebratur, *Si non capillus niger fuerit*, quod exponunt: si nullum poenitentiae signum per lachrymas dederit, aut aliquem omnino mœrorem præ se tulerit.

MAPPA. CAP. XXXII.

*Mappa
sua.*

ET mappa veli genus, quod mensis insternimus, quoque abstergendis manibus utitur, hieroglyphicum suum adeptæ est, si quidem ea signum erat in ludis, quo Equi de carceribus excitati cursum arripiebant: mittebat enim Prætor eam cum signum daret, quod nunc clangore tubarum significatur, de quo apud Martialem habes:

Cretatam Prætor cum vellet mittere mappam.

Nero libertos suos id facere voluit, quod tanto apud veteres honori ducebatur. Nam apud Livium legas VIII. ab Urbe cond. L. Plautio Prætor gravi morbo detento, Dictatorem creatum fuisse, qui ludis Romanis signum daret quadrigis emittendis: qui eo ministerio functus, Dictatura se abdicavit. Hodie quoque, mi Jane, Romæ munus id ad ornatissimos viros defertur. Nam, ut non ignoro, C. Angelus Cæsius Advocatorum facile princeps, & Cardinalis pater, & nobilissimus vir Petrus Minus, tam eruditione, quam domestica celebritate insignis, duo s. p. q. Romani Cancellarii (is enim titulus apud omnes Europæ Principes inter honoratiorum hodie celebratur) inter alia præfectura tam præclaræ munera, cursorum in stadio emittendorum etiam negotio præficiuntur.

PALUDAMENTUM. CAP. XXXIII.

*Se d'el libro
res authore
Libro.*

TRIBUNUM, vel Præfectum, aut Præsidentem aliquem ex habitu significare qui volebant, imaginem ejus paludamento insignem faciebant. Erat enim paludamentum vestis militaris, quo Duces, Tribuniq, & Præfecti ad id munus electi, cum in provinciam proficiscebantur, uti consueverunt, indeque Paludati dicebantur, quemadmodum milites præcincti. Paludamentum Nonius Chlamydem mox appellatam dicit, sed id quoque antiquum nomen. Sedenim, omnia militaria ornamenta, paludamenta dicebantur. Unde Verrio libris auguralibus: Paludati, armati ornatique sunt.

RUBICUNDA. CAP. XXXIV.

RUBICUNDA vestis, tunica vel pallium deprompta, pugnae acieive committendæ hieroglyphicum. Rapud Romanos habebatur, de quo in Marcello, & in Pompejo, & in M. Bruto, Plutarchus.

LÆNA. CAP. XXXV.

An. lib. 1.

ET lana vestimentum militare, quod supra omnia vestimenta inducebatur, de qua Maro: *Tyriog, ardebat murice læna:* Id vocabulū à Græcis dubio procul mutuo sumptum, qui genus id indumenti *χλαίνας*, dicunt.

VERSICOLORIS. CAP. XXXVI.

*Et lascivia
est, ideoq,
faminis
prohibita.*

VERSICOLORIS vestis adolescentiæ hieroglyphicum est. Eaque de causa veteres Comici adolescentis personam versicolori veste indutam, in scenam inducebant ut scilicet ingenii volubilitatem